

tiis Regni generalibus die 31 Mensis Martij A^o Dominij M. D. LXXXIX
Regni nostri anno 3.

Johann Zamoysky
R. G. cancell: ~~Illy~~

R. Illis et Magnifici Joannis Zamois-
ky de Zamoisce R. P. Supremi Cancell: et
exercitiū Generalis Belgen: Marien-
bürgen: Knispynen: Miedzeszeen: Ca-
pitanej.

Raphäel Stratowsky: ~~Illy~~

Decretum Regium interthesaurarium Terrarum
Præsidia et Advocatum arcis Marienburgensium
sjs ratione iurisdictionis insularium Mari-
aburgensium majoris et minoris.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonia, Magnus Dux Lithuania
Significans etc. Quod cum orta esset controversia coram iudicio relatio-
num proprietarum nostrarum causarum ad nos cognitionem nostram per-
tinentium inter Generosum Joannem Kostka de Stemborg Castellanum Ge-
danensem, Terrarum nostrarum Præsidia thesaurarium Licent. Directorium
Capitaneum ab una et Generosum Joannem Kostka à Stemborg arcis no-
strae Mariaburgensis Advocatum parte ab altera, ratione iurisdictionis in-
sularum nostrarum Mariaburgensium majorum et minorum quam utraq-
partium praenominatarum sibi competere de iure ex antiqua consuetudine,
assererabat. In termino Relationum nostrarum hodierno, partibus utrisq-
coram iudicio.

coram iudicio nostro presentibus terminumq; eum legitime attentantibus, Generosus
Joannes Rodka Terrarum nostrarum Præsidia Thesaurarius, prodicit coram
iudicio nostro literis ordinationis Divi parentis nostri manu eisdem sub-
scriptis, ac item alius Divi parentis nostri literis Magnifico olim Stanislas
Rodka patri illius concessis, tum etiam literis Generosj olim, Joannis Ba-
linsky Terrarum nostrarum Præsidia Thesaurariorum antecessorum su-
orum, simulq; literis demortuorum Advocatorum Mariaburgensium Mel-
chioris Glanbig et Petri à Scherzefima ipsiusq; advocatj modernj manu
propria scriptis ac testimoniis juratorum et fide dignorum hominum
comprobabat iurisdictionem insularum ad ipsum Thesaurarium pertine-
re: Vicissim quoq; memoratus Advocatus Mariaburgensis referebat
iurisdictionem utrarumq; Insularum Mariaburgensium vigore Privilegij
super Advocatiam Mariaburgensis concessi, ad ipsum et Advocatum
spectare. Nos cum consiliarijs et iurisperitis nostris controversia par-
tium examinata, iuribusq; et privilegijs earundem ac ordinatione Di-
vi parentis nostri revisis et perpensis, ordinationi eidem Divi parentis
nostri inherenter decernimus, utrarumq; insularum Mariaburgensium iuris-
dictionem in causis omnibus tam criminalibus quam civilibus ad advocatum
arcis nostre Mariaburgensis pro tempore existentibus, ubi prioris instan-
tia iudicem pertinere. Ad eo vero appellationes in causis civilibus
et criminalibus admittenda dirigendaq; sunt ad Generosum Joannem
Rodka Terrarum nostrarum Præsidia Thesaurarium parentem et pro
tempore existentem, tantam ad secunda instantia superiorem iudicem
ad quem solum non modo locationes Curiarum et cognitio controver-
siarum super contractibus ortarum sed etiam omnium proventuum abori-
te terrarum nostrarum Præsidia provisio spectat, salva nihilominus à
Thesaurarij eidem sententia appellatione ad Tribunal nostrum, ubi
omnium iudiciorum supremum iudicem (si aliqua partium provocare
voluerit) reservata. Appellationes vero in civilibus causis ad Tri-
bunal nostrum, admittenda erunt, quæ summam triginta talerorum
excedent. Porro in causis criminalibus nupote in recenti crimine de-
prehensi homicidij et ex præscripto iuris ad vitam alicuius hominem
fide extendentis nulla prorsus appellationes ad nos admitti de-
beant. Verum Thesaurarius noster tantam iudex superior adhibito
Advocato et iuratis in absentia vero Thesaurarij locum tenent
illij.

illius pro qualitate delicti iuxta iuris formam sententia iudicij banniti intercedente, ad poenas delinquentium procedat. Si vero talia crimina incidere, quae ad nos referri oporteat, item Thesaurarius noster, vel in absentia dictus delegatus sine locum tenens ipsius probationibus et defensionibus partium diligenter examinatis, omnibusque fideliter propter nostram informationem coniectis et subsignatis de statu totius causae Nos primo quoque tempore certiores faciat; causa illa criminali ad informationem nostram in eodem rigore suscipienda. Hoc nostro decreto mediante. In cuius rei fidem etc. Datum Lublini in conventu Regni generali feria sexta ante Dominicam Conducitur Pascha proxima, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono.

Relatio Magni Valentini Dembieński
R. P. Cancell.

Quis modus in Appellationibus servandus,
item de Notariis, quibus admittuntur po-
testas examinandi testes.

In nomine Domini Amen, sempiterna esto ei quod infra scriptum est memoria,
Tanta est omnino iustitia vis, ut in ea propemodum sola tota Republica
bene administranda ratio posita esse videatur, quae quum in iudiciis maxi-
me spectatur, necessarium est certam iudiciorum rationem institui et ob-
servari. Quapropter nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polo-
nia etc. Quum videamus licentiosa a iudicio ad iudicium appellantium
temeritate legitimum iudicandi progressum impediri idque fieri non solum
cum quadam legitima iudicium auctoritatis imminutione, verum etiam non
sine magna litigantium rei familiaris iactura, certum quendam modum
quem appellantes perpetuis deinceps temporibus in civitate nostra Gedanensi
servari essent prescribendum et statuendum esse putavimus, prescribimusque
et statuimus literis hinc nostris, ut qui a iudicio bannito ad magistratum
civitatis videlicet ad Proconsulem et Consulem appellare volet, is mox post sen-
tentiam latam